



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Medvlla Theologiæ Moralis

Busenbaum, Hermann

Monasterii Westphaliæ

Artic. VI. Quid & quotuplex sit pensio?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40957

authoritate solius Papæ, v. *Less. l. c. Bon. l. c. §. 12. num. 11.*

Quæres III. An licitè permutetur Beneficium, hac lege, ut expensæ litis, vel bullarum, refundantur per recipientem? *Resp.* Videri permutationem simoniacam, si impensæ sint causa impulsiva permutationis, sine qua actus non fuerit futurus, idem de simili resignatione affirmare v. *Less. l. c. Bon. l. c. n. 9.*

ARTICULUS VI.

Quid & quotuplex sit pensio?

Resp. Pensio est jus percipiendi fructus ex alieno Beneficio. Estque triplex. 1. Temporalis, quæ datur propter ministerium temporale, v. g. Cantori, & dituo, patrono, & defensori Ecclesiæ. 2. Spiritualis, quæ fundatur in titulo merè spirituali, ut quæ datur Concionatori, Coadjutori Episcopi, Parocho, &c. 3. Media, quæ fundatur in statu spirituali, non tamen officio spirituali, ut quæ datur Clerico pauperi, vel Parocho seni ad sustentationem, vel quæ datur causa resignationis, & litis componendæ. Duæ posteriores dicuntur Clericales, quia Clericis; prima Laicalis, quia laicis tantum datur.

Porro circa pensiones *Laym. c. 18. & Less. 34.* docet hæc. 1. Etsi eam designare proprium sit Papæ: id tamen etiam Episcopum posse in causis specialibus, & necessariis, v. g. propter pauper-

S. 3. sacra-

tatem & senium resignantis, vel litis compositionem, vel propter adæquandos fructus in permutatione Beneficiorum. 4. Debere esse moderatam, ita ut beneficiato relinquatur sufficiens sustentatio: talis autem perumque censetur tertia pars fructuum. 3. Ad pensionem non requiritur consensus patroni, ut quidam volunt, quia id nullo jure statutum est. Neque ullum fit præjudicium per impositionem pensionis, cum is fructus non percipiat ex Beneficio, sed tantum habeat jus instituendi, & præsentandi, quod ei non admittitur. 4. Pensionarius post constitutionem *Pii V.* ubi ea est recepta, tenetur recitare Officium *B. V.* nec facit fructus suos, si omittat. 5. Pensionem extingui morte Pensionarii, sicut ususfructus morte usufructuarii. Possit tamen Papa facere perpetuam, ex plenitudine potestatis. De venditione & redemptione pensionis, *vid. Laym. c. 18. & Less. l. 2. c. 35. d. 22. Bon. l. c. §. 13.*

DUBIUM II.

De Horis Canonicis.

ARTICULUS I.

Qui obligentur ad Horas?

Resp. I. Clerici majorum ordinum, etiam suspensi, excommunicati, degradati, tenentur, tum jure Ecclesiastico, tum generali consuetudine Ecclesie.

Dixi.